

B. H. II 320.
H. br. 27.

X 1878923

II R
2924

I. N. 7.

AHASVERI FRITSCHI
DISSERTATIONES DUÆ,
QUARUM PRIOR

De

JURE BOSCANDI,
SEU LIGNANDI,

(Von der Beholzungsberechtigung.)

A L T E R A

De

LITERIS COMMEN-
DATITIIS, EARUMQUE
USU ET ABUSU.



F E N Æ,

Sumptibus BIELCKIANIS.

ANNO M DC LXXVI.



ALIAS VERTI TITSCHI
DIREKTOR TITSCHI
QUARTIER

HIER BOSSGARDI
SEITIGARDI

COOPERATION
WILHELM

LEITUNG DER COOPERATION
HILFEN, TARRAN
HEUT ABEND

LEITUNG DER COOPERATION
HILFEN, TARRAN



LEITUNG DER COOPERATION
HILFEN, TARRAN





AD LECTOREM.

Jungenda erat hæc de *Lignandi Jure* Dissertatiuncula Operi Juris Venatorio-Forestalis, quod post longas Typographi moras tandem prælo subiectum est; cum vero id propter angustiam temporis fieri non potuisset, visum est, in gratiam studiosæ juventutis eam separatim edere. Quam operam ut Benivolus Lector æqui bonique consulere velit, rogo.
Rudelst. 18. Febr. 1675.

MEMBRUM I.

De nomine, definitione ac divisione juris lignandi.

MEMBRUM II.

Quibus modis jus lignandi adquiratur.

MEMBRUM III.

Quomodo lignatio exerceri debeat.

MEMBRUM IV.

De lignatione libera.

MEMBRUM V.

De probatione & remediis pro jure lignandi competentibus.

MEMBRUM VI.

Quibus modis jus lignandi extinguatur.



In Nomine JESU!

TRACTATIO

de

JURE LIGNANDI.

MEMBRUM I.

De Nomine ac Definitione.

SUMMARIA.

- Jus lignandi vocatur jus boscandi, item lignatio n. 1.*
- Germanis quomodo dicatur n. 2.*
- Consideratur dupliciter n. 3.*
- In priori significato quid sit, explicatur n. 4.*
- Num sit servitus realis, an personalis, disquiritur n. 5.*
- Respondetur distinctione n. 6. 7. 8.*
- Juris lignandi species, facultas sc. secandi pedamenta n. 9. proponitur.*

I.

1. **J**us lignandi, quod aliis *jus boscandi*, item *lignatio* dicitur. Casp. Manzius *de servit. rust. prad. n. 324. p. 361.* forte ab Italis, quibus *bosco* est *sylva foresta* ein *Busch oder Wald*.
2. Germani vocant den *Holzschlag*. Manz d. l. item die *Be-
holzung*. Merckelbach apud Klockium *tem. 1. conf. 37. n. 320.*
die *Holz-
ung* / item *Holz-
Gerechtigkeit* / *Holzungs-
Gerechtigkeit* Wehner *obs. pract. voc. Holz-*

II.

3. **J**us illud dupliciter consideratur, vel quatenus servi-
tus

X 5 X

tus alicui in sylva aliena competens, vel quâ est jus vel facultas in sylva communi, vel universitatis.

III.

In priori consideratione jus lignandi nihil aliud est, ^{4.} quàm jus cædendi vel colligendi ligna in sylva aliena. Manzius *cit. loc.* jus secandi ligna appellat.

IV.

Cum verò servitus vel realis sit vel personalis, quæritur, ^{5.} cujus species sit jus lignandi? Resp sub distinctione, vel 1. facultas cædendi ligna ad commodum prædii rustici pro colonis & pastoribus exstructi competit, & est servitus realis rustica *l. 1. §. 1. l. 5. & seq. de servit. præd. rust.* vel 2. ad ^{6.} utilitatem domus vel ædium urbanarum competit, & inter servitutes urbanas refertur. Capolla *tract. de servit. rustic. c. 10.* vel 3. jus lignandi immediate personæ ad quæstum ^{7.} concessum est, & pro servitute personali, ac specie usus fructus habetur, *arg. l. 7. l. 9. pr. de usufr.* vel 4. ad quotidianum ^{8.} & necessarium usum familiæ zum nothwendigen Brennholz tantum competit, & erit usus. Manz. *de servit. rust. præd tit. 3. §. 70. n. 325. add. Frantzk. ad. II. tit. de servit. præd. rust. n. 32. & seqq.*

V.

Præterea juris lignandi species est facultas secandi pedamenta sive adminicula vitium, vulgo Wein-Pfäle / Rebsiecken ex vicini sylva *l. 3. & l. 6. §. 1. de serv. rust. præd.* Werenegger. *de servit. dissert. 4. cap. 7. n. 8.* Manz. *ad tit. de servit. rust. præd. n. 329.* qui hoc jus inter servitutes prædiales rusticas referunt. ^{9.}

48

MEM.

MEMBRUM II.

Quibus modis lignandi jus adquiratur.

SUMMARI A.

Lignandi jus, ut alia servitutes reales vel personales, adquiratur n. 1.

Doctorum sententia circa prescriptionem hujus juris n. 2.

Distinctio inter servitutes continuas & discontinuas rejicitur n. 4. 5.

Quo tempore jure communi adquiratur n. 6. & jure Saxonico n. 7.

Adquiratur jus lignandi per investituram feudalem n. 8.

Utrum in dubio hoc jus jure vicinitatis, an jure servitutis competat, disquiratur n. 9.

Responsio Wesenbecii n. 10.

Cum rationibus & declarationibus n. 11.

I.

1. **L**ignandi jus, quatenus est servitus, iisdem modis adquiratur, quibus alia servitutes reales vel personales adquiruntur, pacto scilicet, & conventionem, ultima voluntate, prescriptione, longo rerum usu & consuetudine.

II.

2. Quod prescriptionem hujus juris attinet, nonnulli Doctorum, non nisi tempore immemoriali illud prescribi putant, propterea, quod causam discontinuam habeat. Corneus lib. 3. conf. 294. Ballus lib. 4. de prescript. q. 5. Godofred. in not. ad Schneidevv. pr. inst. de S. P. R. lit. cc. quos refert Manz. d. l. n. 326. Et quod jus lignandi in alieno immemoriali prescriptione adquiratur, respondit Paris. conf. 27. n. 30. Vol. 1. quod etiam tradidere Hier. de Monte de finib. reg. c. 73. n. 1.

c. 73. n. 1. Anton. Gabriel *tit. de prescript. concl. 1. n. 10.* quam communem dicit Michael de Grassis *in commun. opin. lib. 1. §. consuetudo. q. 18.* His jungatur Merckelbach apud Klock. *tom. 1. consil. 37. n. 332. & seqq.* ubi plures Doctores laudantur. Verum rectius alii distinctionem servitutum in continuas 4. & discontinuas rejiciunt. Omnes enim servitutes ratione causæ & essentiæ suæ sunt continuæ: licet non omnes continuo usu exerceantur, cum in quibusdam tantum v. g. in servitute tigni immittendi, oneris ferendi *l. 20. de S. U. P.* continuatione opus sit. D. Struv. *ad n. Exerc. 13. apb. 34.* Nec quoad præscriptionem distinctio illa usum aliquem habet, licet eam in Camera etiam Imperiali adprobatam adferat *Myns. cent. 4. obs. 53.* vid. Carpzov. *lib. 1. Respons. Elect. 36. n. 8.* Frantzk. *Exerc. 5. q. 4.* Vinn. *lib. quest. 31.* Jure igitur communi 6. jus lignandi vel longo tempore *l. ult. in fin. C. de prescript. long. temp.* vel longissimo acquiritur *l. 5. C. de prescript. long. temp. junct. l. 8. C. de prescript. 30. vel 40. ann.* Struv. *dict. Exerc. 13. apb. 38.* Saxónico autem triginta & uno annis jus illud acquiritur. Carpz. *d. l.*

III.

Præterea jus lignandi per investituram feudalem acquiri posse, Praxis Germaniæ docet, & de eo ambigi non debere ait Godofredus Anton. *disput. feudal. 3. t. bes. 5. lit. d.* quem refert Dieterus in *addit. ad Besold. Thes. pract. Vol. 2. lit. W. n. 10.*

IV.

Quæritur: an in dubio jus lignandi præsumatur jure familiaritatis, gratiæ, amicitiae & vicinitatis competere, an 9. jure proprio & servitutis? & dicendum videtur cum Wesenb. *cons. 2. n. 79. & cons. 48. n. 2.* in dubio actum gratiosum non 10. præsumi, & nemo suum jactare velle præsumitur. Cum-
pri-

11. primis cessat gratiæ præsumptio, quando quis possessionis titulum allegare potest. Qui enim alium titulum habet, & inutilem, causamve aliquam usurpatæ servitutis ostendere potest, is nunquam jure familiaritatis, sed jure proprio possedisse judicatur. Menoch. *A. I. C. cas. 160. n. 20. & lib. 6. præf. 69. n. 13.* Mascard. *de probat. concl. 1197. n. 1. & seqq.* Cravet. *cons. 61. n. 2.* Surd. *cons. 94. n. 36. & alii, quos refert Thomas Merckelbach apud Klock. vol. cons. 29. n. 571.*

MEMBRUM III.

Quomodo lignatio exerceri debeat.

SUMMARIA.

Lignatio quomodo exerceri debeat n. 1.

Duo generaliter notanda n. 2. 3.

Jus lignandi strictè interpretandum n. 4. 5.

Quatenus & quo modo lignatione utendum n. 6.

Questio distinctione resolvitur n. 7. 8.

Usufructuarii sylva Parochialis sunt Pastores n. 9.

Recensentur ordinationes Forestales n. 10. 11.

Casus proponitur n. 12. 13.

In dotalitio usufructuaria est mulier, ubi questio de modo lignandi proponitur n. 14.

Decisio questionis per distinctionem n. 15. 16.

Quid jure Sax. obtineat, illustratur n. 17.

Usuarius quomodo sylva uti debeat n. 18. 19.

Proponuntur ordin. Forestales Gothana & ordin. Polit. Magdeb. n. 20. 21. 22. 23. 24. 25.

Questio proponitur n. 26.

Resolvitur n. 27.

Ampliatur n. 28.

Utrum

Utrum Dominus, an vero cui ex prescriptione competit, preferri debeat, quando ligna non sufficiunt, disquiritur n. 29.

Pro Domino pronunciat n. 30.

Alia questio additur, cum decisione n. 31. 32.

Restrigitur n. 33. 34.

Adducuntur ordin. Polit. & Forest. Magdeb.

Bavar. & Württemberg. n. 35. 36.

Alia questio adnectitur n. ult.

I.

Videamus nunc, quomodo competens in aliena sylva lignandi jus exerceri debeat, ubi duo generaliter notanda: 1. Maximam sylvarum curam habendam esse, ne propter summam necessitatem lignorum materia desit, quâ ædificia, & alia opera publica aut privata conficiantur, & foci atque ignes ad quotidianos usus foveantur. Omnibus modis ac mediis sylvarum devastatio, & promiscua arborum grandium excisio & everasio præcavenda, ac severis mandatis prohibenda. vid. Petr. Frid. Mindan. *de mandat. lib. 2. cap. 39. n. 2.* 2. Servitutes omnes, utpote odiosas, strictæ esse interpretationis. vid. *Conclus. nostras miscellan. ad c. odia de R. J. in 6.* In specie de jure lignandi, quod strictè interpretandum sit, tradit Joh. Brunneman *cent. 4. decis. 71.*

II.

Quando autem quæritur: Quomodo & quatenus lignatione sit utendum, cum primis inspicienda concessionis natura & qualitas, quid, quantum, quomodo & ex qua causa jus lignandi alicui fuerit concessum. Cum enim jus illud variè concedi soleat, liberè & restrictè, plenè & minus plenè, vel jure servitutis realis aut personalis, vel jure familia-

B

ri-

ritatis &c. necesse est usum & exercitium juris istius variare.

III.

8. Si lignatio jure ususfructus competit, eâ utendum, uti diligenti patrifamilias convenit. *l. 9. pr. l. 13. §. 4. & 5. de usufr.*
9. Tales ususfructuarii sylvæ Parochialis, des Pfarrholzes / sunt Pastores Ecclesiæ, de quibus non raro audiuntur querelæ, quod cædendo ligna modum excedere ac sylvas devastare soleant. Vid. Churfürstl. Sächs. Landes-Ordnung tit. 31. Von Pfarrhölzern / ubi ita cavetur: Als auch befunden / daß die Pfarr-Gehölze durch die Pfarrer zu Zeiten aus Geis oder sonderlichen Eigennus / vorseklich / mercklich verhausen / und also verwüestet / daß etwan ihnen selbst / auch ihren Nachkommen an jährlicher Beholzung mangelt / so wollen wir / daß hinführo den Pfarrern ihres Gefallens Holz zu hauen nicht verstattet / sondern nach Gelegenheit / auch Abtheilung des Holzes zu rechter Zeit und an guten gelegenen Orten / (damit es wiederumb wachsen / und nicht etwan gar verhausen werden möge) mit Vorwissen der Erb- und Lehn-Herrn (da die vorhanden oder zuerlangen) oder in Mangel des Richters und der Kirch-Väter nothdürfftig Feuer-Holz zu hauen angeweißt / und ferner nichts / weder durch sie die Pfarrer / Kirch-Väter oder jemand anders aus den Pfarrhölzern zu Brennholz oder bauen / etwas gehauen werden / damit alle nachkommende Pfarrer / so wol und viel Holzes finden und haben mögen / wie die isigē Pfarrer haben und bekommen. Add. Synodalsch General Decret §. die Pfarrhölzer / ubi Pastores Ecclesiæ jubentur das Holz pfenglich zu halten / und nicht eigenen Gefallens daraus zu hauen. Vid. etiam Ordin. Forestalis Bavarica tit. 75. Add. Churfürstl. Sächs. Erledigung de anno 1661, tit. Consistorial-Sachen §. als ferner

ner

ter und zum acht und zwanzigsten ibi: die Pfarrer und Schuldiener sollen nicht ihres Gefallens Holz hauen / sondern mit Vorwissen der Lehn- und Erbgerichts- Herrn / oder in Mangelung derselben in Beysein des Richters und der Kirch-Väter nothdurfftig Feuers- oder Bauholz anweisen / und ferner nichts hauen lassen / noch jemand andern etwas darinnen zu verstatten / damit die Successores auch so viel Holz finden / und haben mögen / wie die jetzigen Besitzer bekommen. In laudato decreto Synodali etiam cavetur: da die Pfarrer kein eigen Pfarrholz haben / oder in demselben sich der Nothdurfft nicht erholen können / die Gemeine aber hingegen Holz hätte: so sollen sie den Pfarrer seinen Abtheil / und so viel als einer aus der Gemeine bekömpft / auch ohne Entgeld folgen lassen. Quæsitum autem nuper memini, cum Parochus quidam per multos annos portionem ligni ex sylva Universitatis ipsi adsignatam ab locum aliquanto remotiorem accipere noluisse, ejusque heredes postea aliquot annorum portiones simul peterent, an eis debeantur? Nega-^{13.} bat Universitas se ad hoc teneri, quod Parochus ligni quotam sibi adsignatam accipere recusasset, & si jam tot annorum portiones collectæ heredibus adsignarentur, duriores Universitatis reddi conditionem; Visum igitur fuit, non totum, quod restabat, heredibus præstandum esse, sed eos certa portione contentos esse debere, cum defuncto sit imputandum, quod quotannis adsignatam ligni quantitatem accipere noluisse.

IV.

Præterea Usufructuaria est mulier in dotalitia. Ubi^{14.} quæritur, si certus lignandi modus pactis dotalibus, aut in ipsa dotalitii constitutione (uti quidem plerumque fit) præscriptus non est, quatenus mulier ligna cædere possit? Qua-

tionem hanc Henelius Tract. de jure dotalitii c. 8. §. 5. maximè controversam ac satis intricatam dicit. Videtur autem secundum jus commune distinguendum esse, an sylva cædua sit, an non? Illo casu, cum ligna succisa denuo ex stirpe renascantur, sylvam istam fructuaria succidere potest, 15. pro more boni patrisfamilias, toties, quoties rami, virgulta, arbustave mediocri vel saltim consueta quantitate sunt renata, eaque non modo pro focus exstruendis, aliisque villæ necessitatibus adhibere, sed & vendere arg. l. 9. §. in instrumento l. 10. l. 48. §. 1. de usufr. l. 7. §. 12. solut. matrim. l. 22. de usu & habitat. Hoc autem casu si sylva non sit cædua, puta si grandes sint arbores, eas succidere regulariter non licet, nisi quæ tempestate fuerint ejectæ aut evulsæ, modo alia ligna ad usum necessarium non deficient. Vid. pluribus Henel. d. l. D. Nicol. Myler tr. de matrimonio Illustr. Personar. cap. de dotalitia.

17. Quoad jus Saxonicum vid. sententia speculo Saxonic. vom Leibgeding / subjuncta, quæ hæc est: doch mag die Wittibe Brennholz zu ihrer Nothdurfft zu Feuerwerck und auch zu verkauffen wol lassen abhauen / und darmit als mit andern gewöhnlichen Nutzungen ihres Leibgedinges ihren Frommen schaffen / also / daß solches ohne Verwüstung des Guts geschehe / und sie sich darmit halte / als ein jeglicher fleissiger Haußwirth in seinen Lehn = Gütern sich zu halten pfeget. Aber Bauholz mag sie nicht mehr / denn zu nothdürfftigen Gebäuen des Guts abhauen und fällen lassen / und ob daselbst nicht anders denn Bauholz (und also nicht hauig Niederholz oder Brennholz) wäre / so möchte sie desselben Bauholz zu ihren Vorwerck und also zu ihrer Nothdurfft / inmassen ihr voriger Haußwirth gethan / wol brauchen / aber desselbigen nicht verkauffen / noch verkauffen lassen.

De

De usufructu sylvæ vid. l. pen. §. 1. de usu & habit. Si jus li-
gnandi ut servitus rustica competit, eo utendum, quoad præ-
dii utilitas exigit.

V.
Cum primis autem observandæ sunt ordinationes Fore-
stales, quibus certus juris lignandi modus constituitur. Vid.
Ordinat. Forestal. Gothana c. 2. tit. Von der Holz / Ge-
rechtigkeit §. 4. ubi cavetur: Diejenigen / so Berechtig-
keit vom Holz in Wäldern haben / es sey an waserley Gattung
es wolle / sollen sich keiner selbst eigenen Anweisung unter-
fangen / sondern derselben von den Beamten / Forstmeister
und Ober-Knechten gewarten. Dn. à Seckendorff. Teutsch.
Fürsten Staat. part. 3. cap. 3. p. 325. ubi ait: Es müs-
sen diejenigen / welche zwar keine eigene Hölzer / aber Hol-
zungs-Berechtigkeit haben / daß sie etwan etliche gewisse
Tage Brennholz holen / oder nurt das dürre und gefallene le-
sen dörfen / oder ihr Bauholz zu gewissen Gebäuden aus der
Herrschaft Wäldern erlangen / oder etwas gewisses an Stäm-
men oder an Klaffern und Schocken daraus empfangen / die
Masse ihrer Berechtigung und des Herkommens in acht neh-
men / darüber nicht schreiten / nicht zu anderer Zeit / als es ih-
nen vergönnet / in die Hölzer kommen / ihnen selbst auch nicht
anweisen ꝛc. Et Ordinat. Polit. Magdeb. cap. 31. ubi ita dispo-
nitur: Weil die Hölzer von denjenigen / so das jus li-
gnandi darinnen haben / nicht nacheinander zu verhaueu / o-
der nach eines jeden Gefallen zu zerstückeln / darumb denn
auch solche ihre Berechtigung nicht unbillich dermassen ein-
zuziehen / damit ihnen und dem Eigenthums-Herrn ein statts-
wärender Gebrauch und Nutzung der Gehölze zugleich blei-
ben / oder jedem Eigenthums-Herrn nicht gar entzogen
werden möge / daß ein jeder Eigenthums-Herr seine Behäl-

ke mit Vorwissen und Beysein der jenigen/so das jus lignandi oder pascendi darinnen haben/in gewisse/jährige³ hau nach Art und Wächsigkeit des Bodens / abtheilen / und ihnen / jährlich einen gewissen Ort zu verhauen/anweisen/ & S. Zum dritten / daß die jenigen / so das jus lignandi & pascendi haben / nicht ohne vorgehende Anweisung des Eigenthumbs Herrn / sondern der Ordnung nach abhauen / es wäre denn durchs Ungewitter oder sonsten umbgefallen / auch daß sie den angewisenen Ort nach einander verhauen und das Holz auff's niedrigste vom Stamme schlagen/ desgleichen / daß sie die Hecke nach Niederbringung des Holzes alsobald lassen zusammen binden / und in Hauffen an blasse Derter oder alte Wege / da kein Holz wächst / zusammen tragen/und innerhalb Jahresfrist aus den Gehegen führen / und die Gehege⁴ binnen der Zeit gänzlich wieder räumen sollen. Sanè cum superioribus annis in loco quodam vicino hæc saluberrima jura ab Officialibus neglecta fuerint, damna multis aureorum millibus aestimata Dominus sylvæ inde passus est. Ali-²⁵bi ob devastatam sylvam feras, quas Princeps amore venationum fovere studebat, prædia & agros subditorum depascendo devastare vidimus.

VI.

- ²⁶. Quæritur autem, an concessio jure lignandi in alterius sylva, pro alicujus familiâ, eâ auctâ jus cadendi ligna ultra
²⁷. modum antiquitus observatum exerceri possit? Negant post Dynum in lib. cui fundus de cond. & demonstr. Jacobin de S. Georg. tract. de feud. verb. & cum molendinis n. 6. v. quartò pro eadem. Cæpella tract. de S. U. P. c. 5. n. 18. & hos referens Carpzov. lib. 1. Resp. Elect. 45. n. 5. Huc faciunt l. non modus, ubi gloss. & Dd. C. de servit. & aq. l. Julianus in fin. cum l. seq.
²⁸. de Leg. 3. Köppen quest. 17. n. 15. Quid vero, si sylva, in qua
 li-

lignatio competit v. g. per alluvionem augeatur, anne jus lignandi ratione istius augmenti amplificabitur? Dicendum quod sic per *l. hoc jure §. si aquam l. item si fundi §. bvic vicinus de usufr. arg. l. si ex toto pr. de leg. 1.* Aymus *Tr. de alluvion. l. 2. c. 16. n. 15. & seqq.* Carpz. *d. l. n. 19. & seqq.*

VII.

Ulterius quæritur: Si ligna non sufficerent Domino,^{29.} vel Universitati, & simul ei, qui jus lignandi in aliena sylva ex præscriptione præten dit, an Dominus sylvæ vel Universitas, contra quam præscriptum fuit, præferri debeat? Affirmant *Dd. in cap. dilecti de arbitris.* Matth. *de Afflict. in consuet. Regin. lib. 3. rubr. 37. n. 8.* Gabriel. *l. 5. comm. opin. de præscript. concl. 1. n. 10.* Chaffan. *in consuet. Burgund. rubr. 13. §. 2. n. 27.* qui ibidem ait, quod non valeat consuetudo in jure lignandi,^{30.} per quam Dominus admissio extraneo excludatur. *Surd. decis. 236. n. 20.* qui ait: Etsi consuetudine vel præscriptione homines unius castri vel villæ adquisierint jus pascendi vel incidendi ligna in alieno territorio vel prædio, tamen si Dominus territorii, vel prædii indigeat pascuis vel lignis, vel ea non sufficiunt pro usu Domini, cessabit eo casu præscriptio, & eâ non obstante, denegabitur jus pascendi vel incidendi ligna. *suggestum de decim. supervenit enim ratio contrarii usus.* In hanc sententiam etiam respondit. *Flamin. de Rubeis cons. 19. n. 121. & seq. n. 140. Vol. 1.* Azevedo *in Hispan. constit. lib. 3. tit. 7. leg. 5. n. 6.*

VII.

Porrò quæritur: si quis jus lignandi ad comburendum^{31.} in aliena sylvâ obtineat, die *Berechtigkeit mit Brennholz sich zu versehen* an arbores sanas & ad ædificationem aptas, die *gesunden Baustämme* cædere possit? Recte negat *Oettinger de jure limit. c. 10. n. 30.* per *l. fructus 2. §. si fundum 12. solut.*

32. *lut. matrim. l. 55. §. Ofilius 4. de leg. 3.* Saltim igitur tenues & aridos surculos & emortuos ramusculos, die abgestandene **Storren/ dürre Aeste/ Wind-Brüche** cædere potest. Idem Oettingerus *in not. lit. d.* notandum monet præjudicium Parlamenti Burdegalensis de anno 1535. quod usus sive fructus sylvæ inciduæ singulariter regulari debeat juxta mores boni patrisfamilias, ut saltem arida, ligna emortua ad comburendum colligantur, arboribus verò sanis, grandioribus, frugiferis, vel ad ædificandum aptioribus, parcatur: & si quidem hisce uti ad trabes, ædificia in vineam &c. necessitas postulet, ut parcissime ad usum necessarium solummodo cædantur, nequaquam verò ad vendendum. Pap. arresti *lib. 14. tit. usage de bois & de ne consper. n. 5.* Masver. *in pract. forens. tit. 13. de usufr. n. 1.*

33. Quamvis autem quis in alienâ sylvâ jus lignis utendi ad focum & ædificium, **Bau- und Brennholz zu haben** / habeat, ad evitandam tamen sylvæ devastationem jus illud à proprietario suis finibus & limitibus restringi potest. *Min. dan. de mandat. c. 39. n. 9. & seq. Oetting. d. l. n. 27.* Quin
 34 & ipse Dominus proprietatis sylvæ, in qua alius jus venandi habet moderatè & juxta consuetudinem diu observatam, eâ uti debet, ita scil. ne juris venandi servituti officiat. *Gail. 2. O. 67. n. 9. Sixtin. de Regal. l. 2. c. 18. n. 68. seq. Dn. à Seckendorf. Teutsch. Fürsten Staat. part. 3. c. 3. p. 327. Vid. Ordinatio Forestal. Bavar. tit. 76. ubi ita dispositum est: Nachdem sich bey allen Gemein-Hölzen / in unsern Landen / bissher augenscheinlich befunden / daß die dermassen abgeodet und erschlagen werden / daß zu besorgen / wo nicht gebührliche und nothwendige Einschung beschicht / daß an viel Orten in wenig Jahren grosser Abgang an Holz seyn würde / welche Ersäigerung / überflüssige und ungebührliche Abreibung der Gemein-*

Gemein-

Gemein-Hölzer / allein' aus dem entstanden / daß die / so ih-
 ren Holzschlag daran haben / das jung/unerwachsen / auch
 ander schön Holz ohne alle Ordnung / ihres Gefallens nie-
 dergehauet / auch die Bindwürffe / Gipffelholz / Aeste und
 Prügelholz nicht ausgebracht / sondern in den Gehölzen er-
 faulen und verderbē lassen / also daß sie niemand zu Nutz kom-
 men / dadurch auch das gar jung Holz nicht auffkommen o-
 der wachsen können. Damit aber solcher unleidentlicher
 grosser Schade in den Gemein-Hölzern hinfür an verhütet /
 und abgestellet / auch dieselben wieder auffgebracht werden /
 sollen die Bauerleute / so von alterher ihren Holzschlag an
 den Gemein-Hölzern haben / derselben / so viel nur möglich /
 verschonen und mehrers / als ihr jeder nach Gelegenheit seines
 besitzenden Guts und des Holzes Erödigung / zu seiner Haus-
 nothdurfft bedarff / nicht schlagen re. Vid. Jus Venator. Fore-
 stale p. 7. ubi idem multis Principum Imperii Ordinationibus^{35.}
 Forestalibus cautum legitur. Vid. Fürstl. Magdeb. Policcy-
 Ordn. cap. 31. §. Erstlich / ubi dicitur: Soll der Ober-Ges-
 hölze / sonderlich aber der gesunden und fruchtbaren Bäu-
 men / auch von den Eigenthumbs-Herrn selbst / so viel möglich /
 verschonet / oder da ja ein solcher zum bauē / oder in einem an-
 dern Nothfalle nach Gelegenheit abzuhaueu und hingegeben
 werden solte / doch dagegen etliche junge Laßreisser nach Ge-
 legenheit wieder angeordnet / oder drey / vier oder mehr ande-
 re junge Bäume / wo nicht eben daselbst / dennoch an einen
 andern gelegenen Orte / so zum Holzwachs dienlich / gesetzt /
 und bis die Erstreckung und zu vermöglichen Kräfften auff-
 kommen / gepflanzt und gewartet werden. Sic si jus pascen-
 di die Mastung in sylva Principi competat, & dominus arbo-^{36.}
 res viventes cedere velit, consensum Ministrorum Princi-
 pis requirere debet, quia nemo in suo prædio facere potest,
 C quod

nues
 dene
 dem
 Par-
 Aus
 onni
 ren-
 fru-
 qui-
 s po-
 ca-
 b. 14.
 rens.
 endi
 /ha-
 lud à
 Min-
 Quin
 handi
 m, eà
 Gail.
 cken-
 . Vid.
 Nach-
 bisher
 geödet
 ührlic
 Orten
 welche
 ng der
 gemein-



37. quod præjudicet servituti aliis constitutæ per. l. 8. C. de servit.
Brunnem cent. 4. decis. 38.

VIII.

Si fuerit communis sylva, an jus cædendi ligna secundum capita & personas civium, vel rusticorum, an vero secundum quantitatem prædiorum nach den Gütern competat? Matthias Berlich. p. 2. concl. 29. n. 20. sæpissimè in facto vidisse, & experientiam ipsam docere ait, secundum capita jus illud competere, ut si v. g. salices communes der Gemein de Weidholz cædantur, ligna secundum numerum incolarum distribuuntur. Videtur autem in hac re, si statuta deficient, cum primis ad consuetudinem & longævum usum respiciendum esse. Vid. Ordin. Forest. Bavar. tit. 76.

MEMBRUM IV.

De lignatione liberâ.

SUMMARIA.

Lignatio subditis vel plane libera vel restricta competit n. 1.
Ex consuetudine concessa Facultas das durre Holz zu brechen
n. 2.

Webner inter servitutes Forestales refert die Holzung n. 3.
Ufus in Thuringia, Franconia, Saxonia demonstratur n. 4.

Libertas subditorum restringitur n. 5. ubi

Adducitur Ordin. Forest. Saxo-Gothana & Webner. n. 6.

Nonnullibi pro jure colligendi ligna delapsa Domino certa quantitas avena (Holzhaber) prestatur n. 7.

Allegatur Constitut. Elect. Brandenburg. & Ordin. Forest. Saxo-Goth. n. 8.

Ordinatio Forestal. Bavarica n. 9.

Si pro usu lignandi pendatur census, loci controversi jurisdictio dicitur probata n. 11.

I. In-

IN quibusdam locis nemora vasta sunt & sylvæ , magna- 1.
 que lignorum copia est, subditis lignatio vel plane libe-
 ra vel aliquatenus restricta competit. Ferè consuetu- 2.
 dine obtinuit (ait P. Matth. Wehnerus *Pract. Observ.* 2.
 verbo. (*Holzspahr Kunst*) quod subditis in vicinâ sylva
 concessum sit das durre Holz zu brechen/aber nicht grün oder
 durre Holz zu hauen. Idem inter servitutes Forestales re- 3.
 fert die Holzungen / als durr Holz schneiden. Atque sic in 4.
 Thuringia , Franconiâ , Saxoniâ , aliisque locis usu servatur. 5.
 Alicubi, ut in oppido **Königsee** / ditionis Schvartzburgicæ,
 ex sylvâ communi aus des Kath's Gehölze singulis civibus,
 ad novas ædes exstruendas, certa quantitas ligni, eine gewisse
 Anzahl Stämme Bauholz / adsignari solet illato in ærarium
 publicum modico censu. Ne autem subditi libertate istâ
 abutantur, Ordinationibus Forestalibus certus modus præ-
 scribi solet. Vid. *Ordin. Forestalis Saxo-Gothan* tit. **VON DER**
Holz/Gerechtigkeit §. 1. ubi ita cavetur : Die Städte 3
 und Dorffschafften, so ein- oder zwey Holzstage in der Wo-
 chen durre uñ das Leseholz zu holen befugt / sollē sich auffer der-
 selben darinnen nicht betreten / oder frisch Holz / so sie nicht
 abzuhauen berechtigt / zu hauen sich gelüsten lassen ; würde a-
 ber einer oder der andere darwieder handeln / soll er gepfän-
 det / ins Buß-Register geschrieben / und nach Gelegenheit 6.
 des Verbrechens gestrafft werden. Add. Wehner *cit. l.* ubi
 ait : wenn man hoc casu in grünen Holz / oder in verbotenen
 Häuten Schaden thut / oder mit Art und Heppen darinnen
 gefunden wird / so wird man gerüget oder gepfändet / denn es
 heist hie durr Holz ohne Waffen schneiden. Vid. & Fürstl.
Würtenb. Holz-Ordn. tit. von Holzschneiden / ubi di-
 citur :

servit.
 ecun-
 ro se-
 mpe-
 facto
 capita
 meis
 cola-
 defi-
 m re-
 rechen
 3.
 4.
 quan-
 Saxo-
 Etio di-
 I. In-



citur: Nachdem die armen Leute / so an etlichen Orten Be-
rechtigung haben / in unsern Wäldern dürr und ander schäd-
hafte Holz zu lesen / und heim zu tragen / biß anhero mancher-
ley Gefahr gebraucht / also / daß sie zu vielmahl gute gesun-
de Stämme / und wachsend Holz gebrennt / oder an Stäm-
men geschält / biß es verdirbt / damit sie also mit Auffsaß dürr
Holz überkommen mögen. Und aber dasselbige ganz schäd-
lich / und keines weges zu gedulden ist / so soll solches hinfüh-
ro gänzlich fürkommen / und nicht mehr gestattet werden.

II.

7. Nonnullibi pro jure colligendi ligna delapsa & defra-
cta (Lager-Holz) certa quantitas avenæ, quæ Holzhaber
dicitur, Domino præstari solet. Brunnem. cent. 4. decis. 71.
n. 2. ubi allegat Constitut. Elect. Brandenburgicam, quâ dis-
ponitur von dem Lager und Raffholz / quod subditus talia
ligna collecturus, de singulis equis, duos modios frumenti,
extraneis autem tres modios quotannis solvere teneatur.
8. In laudata Ordin. Forest. Saxo-Gothana cap. 1. §. II. ita cave-
tur: Weils in der Floss-Schlägen / auch wo Bauholz ge-
fället wird / viel dürrer Reißholzes / welches nicht zu binden
ist / und Späne vorhanden / so soll der Schösser und Forst-
meister oder Ober-Knecht / denjenigen / welche es zusamen
begehren und erlaubt / Zeichen zu stellen / darmit sie solches
dardurch beweisen / und wenn es gesamlet / so dann sie es im
Ampte anmelden / alsdenn soll es durch obgemeldte besichti-
get / zu Gelde angeschlagen / oder der Spän-Groschen von
ihnen / wie es jedes Orts bräuchlich / genommen und die Zeichen
wieder von ihnen gefordert werden. Concordat ferè Ordina-
tio Forestalis Bavarica tit. 31. ubi dicitur: Nachdem die ar-
men Leute / sonderlich auff dem Lande / das Spän-Holz nicht
entbehren könten / soll ihnen dasselbige / wo sie es von alter her
aus

aus den Wäldern und Gehölzen genommen / nachmals umb
ein billich Geld / so viel die Gehölzen ertragen mögen / folgen /
aber durch die Förster / Knecht und Holzhäyen ausgezeicht
werden; welche dahin sehen sollen / weil Windwürffe vorhans
den seyn / daß kein stehend / sondern liegend Holz hierzu abge
ben werde / &c.

In sylva Thuringiaca, cujus magna pars Illustrissimis
Comitibus Schwartzburgicis Feudistico jure ab Imperato
re concessa est, saepe vidimus, delapsis & defractis arboribus
earumque ramusculis, quaedam loca, cum primis à pagis &
vicis remotiora, adeo obruta esse, ut vix pedem sine offensa
proferre possis, non sine insigni ipsius sylvæ & pascuorum
sylvestrium detrimento; & sanè ligna ista, quæ tandem pu
trescunt, multis aureorum millibus æstimari possent, si in il
lis locis, ubi lignorum inopia, venderentur.

III.

Illud etiam hic monendum, si pro usu pasculandi & li
gnandi, Waldmieth zu betreiben und zu behölzen / pendatur
census, loci controversi jurisdictionem dici probatam. Ce
phal. consil. 441. n. 99. l. 3. Andr. Knich. tr. de jure territor. cap.
3. n. 338.

MEMBRUM V.

De probatione & remediis pro jure lignandi
competentibus.

SUMMARIUM.

Jus lignandi probatur per famam n. 1.

Remedia actionum pro jure lignandi competentia sunt actio ne
gatoria & confessoria n. 2. 3.

Item interdictum uti possidetis n. 4.

Possedisse dicitur, qui cadere solitus fuit n. 5.

Item interdictum de loco publico fruendo n. 6.

I.

1. **Q**uod attinet juris lignandi probationem, in eâ nihil singulare occurrit, nisi quod Freherus *tr. de fama cap. 4. n. ult.* quem sequitur Ummius *de process. disputat. 18. t. bes. 4. n. 14.* illud jus, ut & jus venandi & piscandi, sola famâ probari adserat, quod admitti potest.

II.

2. Remedia actionum pro jure lignandi competentia, eadem sunt, quæ pro servitutibus, quibus jus lignandi cum
 3. aliis accenset Hahnus *tr. de jure rer. posit. 56.* introducta. Actio scilicet utilis confessoria & negatoria. Illâ intendimus jus lignandi in sylva aliena nobis competere *l. 2. si serv. vind.* Hâc illud à fundo nostro deberi negamus *d. l. §. 2. ubi*
 4. Schneidevvin. *inst. de action.* Competunt præterea utile interdictum, uti possidetis. *l. 8. §. 5. d. t.* unde vi. *l. 1. §. 40. de vi & vi*
 5. *arm.* Possedisse autem intelligitur jus lignandi, qui cædere solitus fuit. Knichen *de jure territ.* c. 3. Item interdictum de loco publico fruendo, si aliquid in communi sylva fiat, quo juris lignandi exercitium impeditur *l. 2. §. 3. & tit. de loco publ. fruendo.*

MEMBRUM VI.

Quibus modis jus lignandi exstinguatur.

SUMMARIA.

Jus lignandi certis modis exstinguitur n. 1.

(1) *Interitu sylva n. 2. ubi*

Queritur, num lignandi jus reviviscat, si post lapsum temporis sylva in pristinum statum redeat n. 3.

An mutatio (Das Ausstöcken) possit fieri in præjudicium ejus, cui jus lignandi competit, disquiritur n. 5.

(2) *Non usu n. 6.*

Quid

Quid jure Sax. obtineat, traditur n. 7.

Quid jure communi, Bavarico n. 8. 9.

(3) Abusu.

I.

JVs lignandi, ut servitutes & alia jura incorporalia, certis modis extinguitur. Et quidem (1.) *interitu sylva*, si ea combusta fuerit, quemadmodum superioribus annis sylvarum incendia sanè vidimus. Ubi quæritur: an lignandi jus reviviscat, si post temporis lapsum sylva ad pristinum statum redeat. Aff. per l. servitutes 20. §. 2. de servit. præd. urban. si testamento 31. eod.

Vel si ex sylva pratum vel ager factus fuerit, quod ferè quotidie in Comitatu nostro Schwartzburgico circa sylvam Thuringiacam fieri videmus. Quæritur autem, an mutatio ista, das Ausstöcken / Ausröden / fieri possit in præjudicium ejus, cui jus lignandi competit? Neg. Nemo enim in suo prædio facere potest, quod præjudicet juri servitutis. Vid. quæ diximus in tr. de jure hortorum. Bayrisch Land-Recht tit. 26. rat. 8. ubi dicitur: Do einer uff des andern Grund den Holzschlag hätte / und der Eigenthumbs-Herr an solchen Grunde etwas emfienge / mag es ihm der ander nicht wehren / wann er dennoch seinen Holzschlag uff Ermässigung des Richters / zur Gnüge haben kan.

II.

II. Non usu l. 13. C. de servit. & aq. l. 19. §. 1. quemadm. serv. amitt. l. ult. eod. si scilicet quis per statutum tempus nullo modo jure lignandi usus fuerit, cum tamen eo uti potuisset. Tempus illud de jure communi (cum quo convenit jus Bavaricum Land-Recht tit. 26 art. 7.) est 10. annorum inter præsentis & 20. inter absentes. l. pen. & ult. C. de servit. & aq. De jure autem Saxonico est tempus 31. annorum. Idem est, si alternis horis vel diebus lignatio exerceatur l. 8. quemadm.

a nihil
e fama
dispu-
& pi-
ia, ea-
cum
ta, A-
dimus
vind.
2. ubi
ile in-
vi & vi
edere
m de
, quo
o publ.

mporis
jus, cui

Quid



8. *adm. serv. amitt.* aut secundum jus Bavaric. *d. t.* alternis hebdomadibus. Si vero jus lignandi alternis annis aut mensibus in sylva competat, tunc duplicato tempore amittitur. Wizenegg. *de servit. dis. 1. c. 8. n. 9.* quod communiter ita explicant, ut 20. annis inter praesentes, & 40. inter absentes extinguatur, quemadmodum ita jure Bavarico *d. t.* cautum. De jure autem communi verius videtur tempus 20. annor. ab Imperatore semel duplicatum, non amplius duplicari, facit *l. ult. C. de servit.* vid. Manz. *ad tit. quemadm. serv. amitt. n. 83.*

III.

10. III. Abusu, si quis per abusum juris lignandi sylvam devastaverit, lignatio abutenti prohiberi potest. De reliquis amittendi modis, qui servitutibus aliisque juribus incorporalibus communes sunt, vid. Manz. *d. l.*

T A N T U M !





In Nomine JESU!

DISSERTATIO

ALTE RA

de

LITERIS COMMEN- DATITIIS.

PRÆFATIO.

CUm hodiè tanta sit multitudo hominum, qui promotiones adfectant, ut triplo excedant officiorum numerum in republicâ, nihil frequentius esse solet, quàm Patronos quærere, literas commendatitias anxie petere, easque concedere. Cùm verò sæpiùs commendationes malè peti, malè etiam ac sine ratione concedi soleant, operæ pretium visum est, paucula saltem de hâc materie, quæ tamen latiore & ad curatiorem tractationem non respuit, Lectori heic proponere.

D

MEM-

MEMBRUM I.

Quid Literæ commendatitiæ, & quotuplex commenda-
datio.

MEMBRUM II.

De personâ commendante.

MEMBRUM III.

De eo, qui commendatione utitur.

MEMBRUM IV.

De eo, ad quem literæ commendatitiæ diriguntur.

MEMBRUM I.

Quid Literæ commendatitiæ, & quotuplex com-
mendatio?

I.

1. **L**iteræ commendatitiæ Germanis dicuntur Vorschriften / Verschreibungen / Empfehlungs-Brieffe / vulgò Commendation-Schreiben / item recommendation-Schreiben. Quamvis autem verbum *recommendarè* (*recommendiren* /) non sit bonæ Latinitatis, usu tamen quotidiano, ut multa alia, receptum est.

H.

3. Sunt autem Literæ commendatitiæ, quibus persona aliqua, ob probitatem, peritiam, industriam, vel aliam ob causam, laudatur, atque alterius benevolentia ac favori committitur. Empfehlungs- oder Verschreibungs-Brieffe sind die / in welchen man eine Person / (oder eine Sache und Geschäfte) eines Freundes oder Beförderers Treue / Gewogenheit / Freundschaft / Schutz und Beystandt überweist.

See

secundum anvertrauet. Dn. & Amic. Stiler. *part. 3. Secretariat-
Kunst. p. 966.*

III.

Cum literis commendatitiis ferè conveniunt *litera in- 4.
tercessionales*, vulgò *Fürbitt-Schrieffen / intercessionalen*:
quamvis communiùs hòc nomine appellentur.

IV.

Porro cum commendatitiis affinitatem habent *litera 5.
promotoriales*, *Förderungs- oder Beförderungs-Brieffe /*
ut vocantur in capitul. Cæsar. Carol. V. *art. 19.* quæ scilicet
in casu protractæ justitiæ decernuntur, danturque ad judi-
cem, ut justitiam promptè administret. Eadem etiam com-
mendantur, ut, v. gr. quis sit immunis à vectigalibus. Vid.
Limn. in comment. ad capit. Carol. p. 244.

V.

Commendatio literis comprehensa, (de quâ cum pri- 6.
mis heic agere animus est) duplex est, vel *nuda*, simplex, &
generalis: vel specialis.

VI.

Nuda & generalis commendatio subdistingui potest *in 7.
eam*, quâ saltim publicum testimonium perhibetur de Titio,
vel quod in ministerio nostro fuerit, vel quod alias de ejus vi-
tâ, moribus & actionibus nobis constet, quæ literæ propriè
appellantur *testimoniales Zeugnüß / Kundschaft / Zeugnüß-
Brieff /* & plerumque generalem clausulam commendatio-
nis annexam habent; & *in eam*, quâ certa persona apud cer- 8.
tam personam generaliter commendatur, ac pro eâ interce-
ditur, veluti dicatur: *Commendo tibi hunc virum, petoque,
ut ope consilioq; eum, quantum poteris, juves.*

D 2

VII.

9. Specialis commendatio est, quæ ad certam personam, cum elogio certæ personæ, ad certum officium, vacans dirigitur.

10. Cumque literarum commendatitiarum tam usus quam abusus frequens sit, & quotidianus, operæ pretium videtur, brevem earum considerationem instituere, pauculis ostendere, quid in hac re laudem vel reprehensionem mereatur.

MEMBRUM II.

De

Persona Commendante.

I.

1. Considerabimus autem *Commendantem*, qui dat literas commendatitias. Hic vel est Princeps vel inferior, aut
 2. privatus. Princeps intercedit pro titio, vel apud dignitate parē vel apud inferiorē. Sic Imperator, Reges, ac
 3. Principes apud Pontificem Rom. vacante forteā Cardinalitiā dignitate, aut Episcopatu, Prælaturā &c. pro benemeritis ministris intercedere, eosque ad novā promotionem commendare solent. Huc etiam ferè pertinent *preces primaria* *Bora* *Schriſtten umb Layen = Pfründe. Wehner. obs. pract. verb. Panitz = Brieſſe / de quibus peculiari discursu egimus.*

II.

4. Si Princeps pro alio ad eum, qui inferior dignitate ac potestate, scripserit, ejus commendatio plerumque effectu non caret, vel in honorem commendantis, vel ne is offendatur, cum potentiorum preces nonnunquam videantur esse minæ.

III.

Quicumq; verò aliquem alteri ad officium vacans, sive
 suâ sponte, ac proprio motu, sive rogatus commendare vult,
 is scire debet conditionem & qualitatem ejus, quem com-
 mendat. Magnæ enim temeritatis est commendare ac col-
 laudare v.g. fidem, probitatem, peritiam, industriam alicu-
 jus hominis, cujus quis fidem, probitatem &c. non perspe-
 ctam habet. Nec in hac re aliorum elogiis simpliciter fides
 habenda. Sanè inter peccata, quæ contra octavum Decalogi
 præceptum committuntur, temerarias hominum commen-
 dationes referre non dubitat D. Arnold. Mengerling. *Scrutin.*
Consc. c. 17. quest. 19. ubi scribit: frage dein Gewissen / ob du je-
 mand / ohne rechten Grund / ins blinde Feld hinein
 commendiret und gelobet / seine Person und Qualitäten
 gerühmet und heraus gestrichen? Das ist des gemeinen unver-
 nünftigen Pöbels Art (inquit) daß es ohne rechten Grund ins
 blinde Feld hinein lobet oder lästert: ist aber / weil es aus Leicht-
 fertigkeit herrühret / verwerfflich un̄ unrecht / nach dē 8. Gebot.
 „Wer demnach einen commendiren und lobē will / der ihue es
 „nicht auff andere Leute Aussage / sondern höre un̄ erkenne ihn
 „selbst / und richte recht schaffē / darnach gebe er ihm Zeugniß.
 Cramerus in *Sirac. c. 27. & Matthes. in eundē locum.* Add. Sti-
 lerus d. *tract. part. 1. p. 99.* ubi ait: In Vorsprüchen und Aus-
 streichen guter Freunde Beschaffenheit ist diese Vorsicht zu-
 gebrauchen / daß man sich nicht leichtlich darzu verleiten lasse /
 man wisse dann vorher der Personen Würdigkeit / so Gnade
 und Beförderung suchen / auff's genaueste. Der Vorspruch
 ist eine grosse Verbindlichkeit und eine halbe Bürgschafft / so
 in Mangel der Zahlung über den Verbrecher hinaus gehet.

IV.

Præterea in commendationibus non plus tribuendum.

D 3

ad.

adfectui, amicitia, aut precibus hominum, quam veritati
ac publicæ utilitati; nemo falsò ac temerè aliquid adseveret,
10. quod scit aut scire potest, aliter se habere. Hoc enim esset
aliquem decipere, sanè commendans non solum personæ,
quam commendat, sed & ejus, cui persona commendatur,
11. utilitatem respicere debet.

V.

12. Cavendum etiam, ne quis ad officium vacans commen-
det hominem, quem tamen ad illud prorsus inidoneum ac
13. inhabilem esse scit. Nulla enim res (ait Adam Conzenius,
*in suo Daniele c. 61. §. 1. quem adduximus in tract. de peccatis
ministor. Princip. conclus. 2. §. 3.*) graviore commendantium cul-
pâ, majore Principis damno peragitur, & ferè eorum, qui
auctores honorum illis sunt, rubore, aut etiam detrimento,
14. si indigni promoveantur. Idem *d. tract. pag. 88.* notabiliter,
scribit: *Neminè facile commendaveris.* Horatianum illud co-
gita (*lib. 1. epist. 18.*) *si quem commendes, etiam atq; etiam adspi-*
ce, nemox incutiant aliena tibi peccata pudorem. Quæ verba non
nemo ita vertit:

Betrachte den genau / deß du dich an wilst nehmen /
daß frembde Sünde dich nicht dermaleinst beschâmen.

Addendum, (ait Conzen.) quod Horatius nesciret: *Ne*
15. *tibi & illi afferat damnationem, etiam atque etiam adspice.*

16. Cautè igitur Commendantes (quos vulgò Patronos ap-
pellant) sua ferant suffragia. *Ising. tract. de promot. honorum
in mantissâ q. 486.* Cum primis, si officia, ad quæ subeunda
literæ commendatitiæ conceduntur, magna sint & ardua,
v. gr. cura & informatio juventutis aulicæ, cura rerum sacra-
17. rum, administratio justitiæ, ærarii, rei militaris, &c. Quam-
vis enim literæ commendatitiæ præprimis generaliter con-
ceptæ, non obligare dicantur, *Befold. Thesaur. pract. lit. C.*

n.47. Nihilominus tamen commendatio quandam fidejuss-
sionis speciem habet, ist eine halbe Bürgschafts- Leistung/
cum primis, quando est specialis, cum multa persuasione, hor-
tatu, & nimia collaudatione personæ.

VI.

Prætereà cavendum, ne pro commendatione, sive in 18.
scriptis facta fuerit, sive non, pecunia accipiatur. Equidem
commendationes emere ac vendere hodiè non tantum in
aulis Principum, sed & ubique ferè admodum frequens est,
ac quotidianum. Si fortè vacaverit officium, cui pingue 19.
beneficium adhæret, sæpè centum, ducenti, trecenti vel mil-
le thaleri Patronis pro commendationibus offeruntur; sed
non rarò clientes egregiè falluntur, dum pecuniâ amisâ spe
frustrati abeunt. Abstinentum sanè ab ejusmodi caupona- 20.
riâ commendationum venditione, quippe quæ existimatio-
nem & famam patronorum non parum lædit, dum avaritiæ,
ac Φιλαργυρίας speciem præbet, & si commendatus viris pro-
batis malè se gesserit, in officio obtento laborem patrono suo
empto incutit, nonnunquam etiam eum apud Principem &
Rempublicam in grave periculum conjicit. Vide, quæ nuper-
rimè scripsimus in tractatu de peccatis ministror. Princip. con-
elus. 26 & 27.

MEMBRUM III.

De eo, qui commendatione

utitur.

I.

Prætereà consideranda est *persona recommendanda*. Lici- 1.
tum esse, literas commendatitias in re licitâ ac honestâ 2.
petere, nemo dubitat, quandoq; etiam nobis adeò ne-
cessaria commendatio Patronorum videtur, ut sine eâ
vel

veritati
reveret,
im esset
ersonæ,
ndatur,
mmen-
eum ac
genius,
peccatis
um cul-
m, qui
mento,
biliter,
ud co-
n adspi-
ba non
hmen /
âmen.
et: Ne
ice.
nos ap-
norum
eunda
ardua,
n sacra-
Quam-
er con-
lit. C.
n.47,



vel planè non, vel non adeò facilè ad promotiones via & aditus pateat: quod hodiè in tanta literatorum & expectantium, 3. quos vocat, multitudine, multi experiuntur. Undè patronorū fores quotidie à clientibus pulsantur, quamvis sæpè frustra, vel quod non semper & ubiq; in eorum potestate sit huic vel illi gratificari, vel quod commendatitias interdum dare nollint, aut quod hominem commendare ad officium vel rem periculis plenam esse, vel principi aut populo non adeò gratum esse existiment, aut ut importunorum clientum preces evitent, & quæ aliæ solent esset causæ.

II.

4. Qui igitur per literas commendatitias ac patronorum intercessionem viam ad promotionem quærere intendit, is prius exploret diligenter vitam, qualitatem ac capacitatem suam, an etiam & quatenus commendationem mereatur? ne per intempestivam præcipationem publicæ rei, sibi ipsi, aut patrono suo noceat, ac proindè studeat ante omnia se ipsum prius commendare, quàm commendationem petit, Er recommendire sich vorhero selbst zu einem oder dem andern Dienst durch guten Fleiß/ Treu/ Redlichkeit/ Geschicklichkeit und Wohlverhalten. Talis sanè recommendatio omnium optima. Commendatio *meritorum* necessaria omninò & legibus laudata. *l. ult. ibi: quæ nobis ex antegestis optimè commendata est Cod. de offic. Mag. Milit. l. 4. §. 3. l. 7. de offic. Procons.* quos textus in hanc rem adducit Dieter. in *in addit. ad Besold. verb. commendiren.*

III.

7. Prætereà commendatitias affectans literas, deliberet secum, an etiam ei consultum sit ab hoc vel illo eas petere? Multum sanè interest, à quo commendationem impetraveris. Commendationes, & nimix quidem (ait Ising. *tr. de promot. bonor. mantissa. p. 486.*) subindè plus nocent, quàm

Quàm profunt commendatis. Ab hoc enim promotor, velut 8.
 Præpotenti sibi metuit, alius suspectus est, inimicus alius,
 alterius commendatio ex aliâ causâ minùs grata existit, quæ
 omnia in commendati præjudicium vergunt. Experientia 9.
 docuit, commendationes nonnunquam non tam profuisse,
 quàm obfuisse, magisque viam ad promotionem præclusis-
 se, quàm aperuisse. Non enim apud Principes ministrorum
 æqualis gratia, favor, authoritas; nec semper, cui maxima po-^{10.}
 testas demandata in Aulâ, ei etiam maxima gratia apud prin-^{11.}
 cipem vel populum. Sæpè inferioris sortis homines in com-^{12.}
 mendationibus aulicis feliciores, quàm supremi Principis
 Ministri. Sed hoc non rarò fit ex vitio aulæ. Quis dubitet,
 foëminarum Gynæcei aulici intercessionem ac preces, quan-
 doque, lachrimis mistæ, sæpè efficaciores esse, quàm optimo-
 rum virorum, qui in commendationibus suis non privatum
 aliquod interesse, sed publicam cum primis utilitatem respi-^{14.}
 ciunt? Politicorum autem γνώμη est, (ait D. Ziegl. *dica-*
stic. concl. 8. §. 14. allegans Martinum Schock. *ad Clasmar. lib.*
8. c. 7.) non esse admittendas foëminarum, præsertim illustrium,
 intercessionem in conferendis officiis, & castigari eas debere,
 sicubi Reipublicæ negotiis non vocatæ se immisceant. Sanè
 qui cordati sunt, bonæque famæ studiosi, foëminarum inter-^{15.}
 cessionem fugiunt. Aliàs omninò verum est, quod jam lau-
 datus autor citato loco scribit, *nullam validiorem videri in-*
tercessionem, aut majoris efficaciam, quàm eam, quæ ex matri-
monio oritur. Urgent, instant, solâ suâ præsentia, & tacitis
 precibus apud patronum contendunt, non ea tantum, quæ
 matrimonio juncta est, filia, neptis, soror, sed etiam liberi,
 si qui interim ex eâ nati sunt, non debere negligi hanc, illam
 occasionem, hoc, illud tempus, hunc, illum locum, prope-
 randum esse, dum iste patronus adhuc vivit, & quæ dudum
 conditionem, quâ exsurgere queat maritus & pater hæte-

E

nus

16. nus in tenebris & in fece populi relictus. Quæ quidem inter-
 cessio vitari potuisset, si major Reip. quàm privatae utilitatis
 habita fuisset ratio. Sed ita mores sunt, & plerumque dum
 nobis benè cupimus, non veremur facere ea, quæ parum de-
 cent. Alicubi hoc vocant die *Beförderung unter der Schür-*
hen suchen. IV.

17. Porro commendationem petens caveat, ne importunis
 precibus impatientiam quandam eam quasi extorqueat. Non
 tantum enim extortæ commendationes frigidae, ac superfun-
 ctoriæ esse solent, sed & emendicatæ (quas *Bettelbriefe*
vulgò vocant) malè audiunt, ac non rarò effectum omni ca-
 rent. V.

18. Præterea intercessionales vel commendatitiæ à principe
 non sunt petendæ ad personam, quæ vilioris est conditionis aut
 infimi status; nec in causa, quæ levioris est momenti; sæpius
 in hac re homines errant; undè non mirum, quod cum indi-
 19. gnatione repulsam patiantur. Multum sanè interest, à quo,
 ad quem, & in quâ causâ quis commendationem petat. Judi-
 cio heic opus est, nec quidquam præcipitanter faciendum.

VI.

20. Cum etiam nonnulli à commendationibus ad superio-
 rem vel planè abstinere, vel in eis dandis admodum difficiles
 esse soleant, commendationem petiturus in hanc rem inqui-
 rere debet, ne inanibus precibus homines molestat.

21. VII Si recommendatus ex voto obtinuerit, quod deside-
 22. ravit, beneficii accepti memor sit, ac patronum suum reveren-
 ter habeat, ne ingrati cuculi titulum mereatur. Pessimo hoc
 seculo non rarò accidit, commendatos pessimam gratiam pa-
 tronis ac promotoribus suis referre, dum pro gratia odium,
 pro merito vituperium eis reddunt. Unde hat mancher durch
 23. seine Recommendation ihme den ärgsten Feind und Verfol-
 ger uff den Hals gezogen. Et sanè vindictæ divinæ vestigia
 non

non rarò in hâc re apparent, quod in commendationibus hominum non principaliter DE I gloriam, nec Principis ac Reipublicæ salutem respexerint, sed vel privatis adfectibus vel largitionibus locus detur, und wird ihnen also öffentlich vergolten/worinnen sie sich durch unzeitige oder unrechtmäßige Recommendationes præcipitiret und versündigt haben.

VIII.

Recommendatus ad officium summâ ope nitatur, ut spartam, quam per commendationes aliorum obtinuit, probè ornet, & patronorum suorum collaudationes per veritatem firmet.

MEMBRUM IV.

De eo, ad quem literæ commendatitiæ diriguntur.

I.

CAutè commendationes petendæ, cautiùs illæ concedendæ, cautissimè eis credendum. Optimè igitur monet Hermannus Doverinus in *Trino*, *secret. 29.* recommendatium personam ac qualitatem considerari debere, à nimirum nō sint avaritiæ dediti, nec singulari quodam foret adfectu trahantur, proindeque, (ut sapissimè accidit) plus suæ quam publicæ utilitatis causâ pro aliis negotientur. Id quidem non de Principum & magnatum intercessionibus, sed privatorum hominum commendationibus præsumitur.

II.

Eorum sanè commendationes, qui nullo modo (ut loquuntur) interessati sunt, majorem fidem merentur, eisq; tutius creditur, quàm qui commendatæ personæ sanguine, adfinitate, amicitia, juncti, vel ob quamcunq; causâ privatam ei obstructi sunt. Un prencipe savio (prudenter scribit Bottero. *della ragion di stato. l. 1. de ministri di Giustitiâ*) potrà per diverse vie venire in cognitione della sofficienza, & integrità delle personæ, ch' egli vorrà promoverè all' amministrazione della

AK TK 2924
X 36 X

giustitia, & al governo de popoli: tra' quali sono l'informatio-
ni de gli huomini da bene; perche il giudicio d' una persona,
ohe non hà passione, non interesse, non puo essercativo; &
porro: si de ve notare, che sono motto piu incorruti testimo-
nii della bontà delle persone poveri, che i ricchi, perche i ricchi
si muoveno più per ambitione, è per disegno, i poveri pui per
rispetto della virtù, è per zelo del ben publico &c.

III.

- 6. Non igitur promiscuè alienis commendationibus fiden-
- 7. dum. Compertum est (ait Imperator Hadrianus, in l. 6. pr. de custod. & exhib. reorum) non omnes ex bonâ fide elogia scribere, sed commen-
dationibus falsis & emendicatis malitiam ignavorum augere.
l. 1. §. 4. de servo corrupto: Itaq; cauti debent esse magistratus, ne
omnibus epistolis, testimoniis, & elogiis promiscuè credant,
sed his, quorum fides intemerata, nullisque corrupta largitioni-
bus fuerit. Dieter. in addit. Besold. voc. commendiren.

IV.

- 8. Quid ergò in dubio faciendum? plurium judicium super
commendato explorare convenit, monente Lipsio lib. 3. polit. c. 4.
n. 8 & ex eo sinus tract. de promotor. honor. cap. 4. n. 65. Veteribus
Regum Gallia constitutionibus cautum refert Antimachiavel-
9. lus de regno lib. 1. theor. 1. ne officia publica deferrentur, quàm iis,
quorum nomina ceteri magistratus consules civitatum, aut
præsides provinciarum apud regem professi essent, qui verè (in-
quit) testari poterant, quàm sanctè integreq; egissent, & quàm
idonei essent ad munus publicum. Huc pertinet constitutio
10 Constantini, in l. 1. C. de offic. magistrat. ubi dicitur: idoneus probi-
tate morum & bonis artibus præditus nostris per magistratū,
obtutibus offeratur, ut nostro ordinetur arbitrio, & l. 7. C. de
profess. ibi: judicio ordinis probatus & optimorum conspirante consensu,
l. reddatur. ibi: à probatissimis ad probatus. C. d. t. add. supra ad-
ducta lex ult. C. de offic. magistr. milit.

T A N T U M!

1077

M.C.



